16

VIRTUTUM TRIUMPHUS
IN SOLEMNI INAUGURATIONE
CLEMENTIS XI.
P. O. M.

Google

Digitized by Google

VIRTUTUM TRIUMPHUS
IN SOLEMNI INAUGURATIONE
CLEMENTIS XI.
P. O. M.

D U M

RUTILIUS PARACCIANUS ROMANUS

In Almæ Urbis Archigymnaſio ex U.J. Selectas Theſes publicè propugnaret,

I L L A S Q U E

Eidem Sanctitati Suæ

D I C A R E T,

Muſicis modulis concinnatus

A JOANNE FRANCISCO GARBIO.



ROMAE, Typis Bernabò Anno MDCCII.

SUPERIORUM PERMISSU.

Digitized by Google

CLEMENTI XI.
PONT. OPT. MAX.

RUTILIUS PARACCIANUS FOELICITATEM.

TRIUMPHAVERANT jam pridèm de excelſo animo tuo Virtutes BEATISSIME PATER, gaudente Te catenis illuſtribus, & ſervitute præclarà. Triumphandum de-

Digitized by Google

nuò Illis fuit de Te Principe, nec quidèm, ut de habito Principatu benè ac ſapientèr mereréris, ſed ut Sceptrum abdicatum ſuſciperes. Collineabant in Te unum Virtutum omnium ſuffragia: Una tamèn intèr illas à cęteris diſcrepans reperta fuit, Modeſtia. Hanc igitur reliquæ hoſtili penè, quamvìs conſocià manu invaſerunt, diuturno ſanè prœlio, ſed incruento, querelis, & lacrymis. Lacrymis verò profectò illis, quæ à Virtutibus in auguſto mentis tuæ ſacrario delitescentibus,

bus affatìm promanantes, vel tuos in oculos redundarunt. Vicerunt tandèm ęternæ Bellatrices, quam divinitùs reportatam victoriam Tibi ſiſtunt, Muſicis modulis concinnatam. Habet enìm in ſplendidi Triumphi hujus enarratione quod amare poſſit Modeſtia, dùm regnat invita: Habes, quod Te, victum licèt, non pudeat, dùm Victrices aſpicis immortales: Habet, de quo æternùm ſibi gratuletur Orbis, dùm Te ſortitur in Principem.

Impri-

Imprimatur

Si videbitur Reverendiſsimo Patri Magiſtro Sac. Palatii Apoſtolici.

Dominicus de Zaulis Epiſcopus Verulanus Viceſgerens.

Imprimatur

Fr. Ceſar Ludovicus Saminiati Sacræ Theologiæ Magiſter, ac Reverendiſs. P. Fr. Paulini Bernardinii Sac. Apoſt. Pal. Mag. Socius, Ordinis Prædicatorum.

Fides.

Aſtræa.

Tiberis.

Metaurus.

Chorus Virtutum.

Digitized by Google

PRIMA PARS.

Chor. Virt. TErra gaude,
Plaudat Mundus,
En Aſtreæ
Exulis Deæ
Vultus redditur jucundus
Terra &c.

Aſtr. Non deſerit Aſtræa, commutat Cælum.
Et Orbis Cælum eſt, Orbi ſi datur
Æquus Superis Princeps.
In te reducem pedem
Siſto fœlix Metaure,
Tanto ubi Regnatori
Primæ vitales illuxerunt auræ.

Digitized by Google

A LBANI Nomen
Diſcite ovantes
Undæ vagantes
Admurmurare:
Et qui ſuavis
Vos agit Ventus,
Veſtros concentus
Diſcat ſonare.
A LBANI &c.

Chor.Virt. Auguſtum Nomen Venti ſonate,
Undæ fœlices admurmurate.
Met. Parce, jam parce, Dea, vocibus lætis;
Dolendum eſt,
Aſtr. Et quis, dulcis Metaure,
Inſerit ſe lætitiæ iniquus luctus?
Met. Tantæ lætitiæ fructus
Iniquus dolor eſt. OBLATUM SCEPTRUM
RESPUIT HEROS ELECTUS.
Aſtr. Oh, ſublime, inſuetum
Virtutis monimentum,

Grande

Grande Regalis animi portentum!

Met. Sed non adhuc à ſpe decidi totus;
Nàm quò plùs ille Regni
Vultum ſpernit fugacem,
Hoc ſe plùs Regni denotat capacem.

Nomen inclytum Regale
Fugitivum vult Regnantem;
Et jàm Sceptrum immortale
Dextram petit recuſantem.
Nomen &c.

Cernis adverſam Ripam
Ceù tenet plorans Dea? Fides eſt illa
Alma Fides Romana,
Quæ Sponſum renuentem
Solium, thalamum petere immortalem
Dùm quærit gemebunda,
Undis non una meis
Formoſi fletus ſui jungitur unda.

Fid. Sancti Amoris
Dulce telum
Cur non ferit
Etiàm te?
Amas Cœlum
Sponſe care,
Ergo amare
Debes me.
Sancti &c.

Aſtr. Et quo Virtus Auguſta
Inſperato mœrore
Sacra mens agitatur?
Fid. Sic, dum Solium recuſat,
Sic planè meus Dilectus lacrymatur.
Aſtr. Pone, pone triſtitiam,
Et prolem luctus tui ſpera lætitiam.

Mane ridente,
Aurora flente,
Dum languet Chloris

Si

Si cadit Ros,
Decor Sylvarum,
Votum Nympharum,
Proles doloris
Erumpit Flos.

Repete avitam Vaticanam Sedem
Innocens Exul, & Auguſtus ille
Sui parcus æſtimator
Te cernat lacrymantem,
Nec ſe, ſi potis eſt, ſentiat amantem.
Facilem dabit viam
Flumen hoc fortunatum,

Met. Siſtite, nam beatum
Cęli munus occurrit,
En, rapidus ad nos Tiberis currit.

Tib. Regiæ Metauri
Salvete Nymphę,
Ad novum Mare
Currite Lymphę
Regiæ &c.

 Quò

Met. Quò quò fluctu majore
Et undà nobiliore
Properas Tibri care?

Tib. Novum vectigal fero ad novum Mare.

Met. Siſte, noſtrum nam littus in undas;
Adeò tumidos aggeris fluctus:
Annè tibi ſuas addidit undas
Multus cadit, qui Principis luctus?
Siſte &c.

Aſtr. Sed noſtrà utamur Sorte,
Et jàm Romano Flumini inſidentes,
Romam Romam petamus,
Et in amplexus tuos, inclyta Fides,
Sacrum Sponſum ducamus.

Chor.Virt. Vincamus, Vincamus.

Fid. Inſtruo bellum, arma paro,
Luctu amaro
Cor invictum debellabo;

Amor

Amor Dux, Fulmina fletus
Dolor, metus,
Et pro voce, ſuſpirabo.
Inſtruo &c.

Pugnant Virtutes? certam
Hoc è dulci conflictu
Cerno ſurgentem gloriam,
Sique hoſtis Virtus eſt, ſpero victoriam,

Chor. Virt. Vincemus vincemus.
1 Auguſtum Regnantem,
2 Virtutum amantem,
3 Amabili nexu,
4 Virtutum amplexu
Chor. Virt. Revinctum ducemus.
Vincemus Vincemus.

Finis primæ Partis.

Digitized by Google

SECUNDA PARS.

Tib. METAURUM ſpumantes
Appellite fluctus,
Et Ripæ inſultate;
Plùs æquo ſonantes
Fugati jam luctus
Triumphum narrate.
Metaurum &c.

Excita lætas undas
Fortunate Metaure,
Jam nomine CLEMENTIS
Sacer Princeps donatur;
Audivit namque Cœlo affinis Princeps
Cœli vocem jubentis.

Virtu-

Chor. Virt. Virtutum gloriam
Concinat Roma.
Jam recuſantis
Almi Regnantis
Sacrà Tiarà
Cingitur coma.
Virtutum &c.

Tib. Vicit tandèm Aſtræa, triumphat Fides,
Et Principis Modeſtiam,
Invita quamvis regnet,
Regnatricem jam vides.
Chor. Virt. Vicit Vicit Aſtræa, Triumphat Fides.

Met. Zephyre blandule
Tuo flatu amabili
Convola ad me,
Et caro Tiberi
Suavem comitem
Adjunge Te.
Zephyre &c.

Urbem

Urbem quam dicunt Romam,
Romam Urbem fœlicem
CLEMENTIS ſpectatricem
Ubi pertinges tandem, Auguſta circum
Principis ora leves excutias alas,
Dunque leni ſuſurro
Aſpirare vidèris,
Auræ voce ſonantis
Refer Metauri plauſus exultantis.

Fid. Qui vicerat jam ſe
Non potuit vinci à me
Dilectus meus.
Querelis dimicavi,
Lacrymis oppugnavi,
Sed Illum nutu ſuo
Devicit Deus.
Qui vicerat &c.

Splendida quidem ab illuſtri pugnà
Parta nobis victoria,

Sed

Sed non tota Triumphi
Nobis debetur gloria.

Tib. Novum genus dimicandi,
Triumphandi,
Fama diſcat reſonare.
Regia Serta ſunt Catenæ,
Loco pęnæ
Victus cogitur regnare
Novum genus &c.

Aſtr. Summo Numine plena
Aſtræa vaticinatur.
Principe lætum ſuo
Bellicus Furor Orbem perturbabit,
Sed ab Orbis aſpectu horrorem trucem
Tantus Princeps fugabit.

Cerno Pacem, quæ tanto ſub Duce
Tergit fletus Italiæ dolenti,
Et optatâ renidet jam luce

Durà

Durà Mundo ſub nocte languẽti.

Cerno &c.

Chor.Virt. Juſta impleantur vota.

Mars pereat furibundus,

A Principe CLEMENTIAM diſcat Mundus.

Finis.

Digitized by Google